



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

12. Ætas hic expressa ad subdiaconatum, diaconatum, & Presbyteratum,
seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 38. art. 5. concl. 2. Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. unica punctio 4. num. 32. cum seqq. metipsum de officio. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 11. num. 13. cum seqq. Marchin. de Ordine tract. 1. p. 7. cap. 3.
2. a Qui saltem Latinam linguam intelligant, &c.] Vide Homobon. de Bonis de humana vita statib. p. 1. cap. 20. vers. secundo. Marchin. de Sacram. Ordine tract. 1. p. 7. cap. 1. num. 6. Thom. Valase. alleg. 9. num. 5. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diffi. 22. vers. pro quatuor. Posse tamen Episcopum arbitrari magis expedire Ecclesie, si Ordines minores conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligat, est tamen bonae indolis, & pro atate docilis, tenet Menoch. de arbit. casu 425. num. 58. quem refero d. p. 2. alleg. 11. num. 6.
 3. b Per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo, &c.] Vide Maiol. de irregul. lib. 3. c. 24. num. 13. Ludou. Miranda d. tom. 1. quest. 38. art. 5. concl. 2. & art. 8. concl. 1. Bonacin. d. punctio 5. num. 32. Mari. Antonin. var. resolution. lib. 1. resol. fin. casu 26. Vgolin. de officio Episcopi cap. 26. §. 27. num. 4. Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 2. cap. 2. q. 14. metipsum d. alleg. 11. num. 14. Marcel. Vulpe in praxi iudic. cap. 7. num. 7. vers. quatenus.
 4. Quod autem intervallum inter unum, & alterum ex minoribus Ordinibus interuenire debeat, solet ab aliquibus in dubium reuocari, quidam, ex quorum numero sunt Maiol. d. cap. 24. §. 13. & Vgolin. d. cap. 27. numer. 4. putant illud sufficere de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud. Alij vero existimant sufficere illud quod daretur de vno die festo ad alium proximum, vt tenet Sorb. in compend. Mendicant. versic. Ordo, versic. & sic bene, Campan. in diuersor. iuris canonici rubr. 6. cap. 3. numero 13.
 5. Et quamuis ad dispensandum in interstitijs Ordinum minorum quecunque causa sufficiat, cum id iudicio Episcopi remittat Concilium in presenti, Hieron. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 106. num. 21. laudabilius tamen erit ab hac dispensatione abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia vrgens causa ei bene visa, vt tenet Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 38. art. 2. concl. 2. Mar. Antonin. d. casu 26.
 6. Vnde minores Ordines, & primam Tonsuram vni vna die conferre non aliter licere, quam si ita in loco fuerit consuetum, resoluunt Siluestr. verb. Ordo 2. num. 7. vers. tertium, Rebuff. super reg. 23. Cancell. versicem cupiens, Henric. in sum. lib. 10. cap. 11. §. 4. Campan. d. rub. 6. cap. 2. num. 60. & decium refert Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 57. in fine.
 7. Nisi forte ex causa studiorum absint.] Vide Horat. Lutium de priuileg. schoolast. priuileg. 99. Marchin. de Ordine tract. 1. p. 7. cap. 3. num. 4.
 8. Hi vero non nisi post annum, &c.] Hoc decreto arbitrio Episcopi remitti facultatem abbreviandi interstitia, non autem promouendi, vel dispensandi vt quis promo-

ueatur vna die ad vltimum minorum cum primo sacrorum, tenet Maiol. d. lib. 4. cap. 11. post num. 1. & lib. 3. cap. 24. post num. 13. Menoch. de arbit. casu 564. num. 6. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 25. vers. vna, eademque die, in nouiss. impress.

Posse Episcopum vbi vigeret consuetudo ante Concil. Trident. obtenta vt simul minores Ordines cum Subdiaconatu dari possint, eos licite his quoque temporibus simul conferre, resoluunt Nau. in man. c. 25. nu. 71. vers. octauo, Rebuff. in praxi benefic. tit. de clericis male promor. gloss. 1. num. 18. Sorb. in compendio priuileg. Mendicant. verb. Ordines sacri, vers. & licet, Viu. d. in candelabro aureo, tit. de sacrament. Ordinis num. 36. Henric. in sum. lib. 10. c. 11. §. 4. Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. nu. 41. Gutier. canon. lib. 1. c. 26. num. 31. & 32. Fr. Emman. quest. regular. tom. 3. q. 23. art. 4. Fr. Ludou. Miranda d. q. 39. art. 8. concl. 2. Thom. Valase. alleg. iuris tom. 1. alleg. 4. nu. 2. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 32. tract. 2. n. 70. vers. ad hanc. Bonacin. d. punct. 5. num. 36. Homobon. de Bonis d. c. 20. vers. secundo. Villalob. d. tract. 11. diffi. 12. & nu. 3. Hieron. Roderic. in compendio q. regul. resol. 106. nu. 21. Alzed. d. c. 5. de ordination. nu. 24. Sanch. in opus. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 53. & nu. 7.

Contra Maiol. d. lib. 4. cap. 11. num. 1. Menoch. d. casu 564. numer. 8. Salzed. d. versic. vna, eademque die, Venero in examine Episcopi. lib. 1. cap. 18. num. 13. existimantes per Concilium in presenti sublatam esse omnem contrariam consuetudinem.

Licet ex decreto Concilij in presenti post minores Ordines expectandus esset annus antequam quis ad sacros Ordines promoueretur, posse tamen quem Parochialem acquirere, & infra annum ad sacerdotium promoueri, etiamsi non habeat aliquem Ordinem sacrum, refert decium Gare. de benefic. p. 7. cap. 4. num. 47. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. q. 9. ad fin. me citato in hoc loco, Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 184.

8. Nisi necessitas, aut vtilitas Ecclesie, &c.] Ergo sufficit necessitas, vel vtilitas, quia Concilium in hoc casu vtritur forma loquendi disunctiua. Ita Bonacin. de suspension. in particulari diffi. 3. q. 1. punctio 4. num. 4. versic. ego respondeo.

9. Iudicio Episcopi, &c.] Iudicio Episcopi committit quod necessitate, aut vtilitate Ecclesie postulante interstitia temporum suppleantur, Maiol. de irregul. lib. 4. c. 11. num. 2. Nau. consil. 6. num. 2. & consil. 12. de tempor. ordinat. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 16. nu. 6. Valenzuel. consil. 107. num. 7. tom. 2. Vel Abbatis in ijs casibus, in quibus Tonsuram & minores Ordines conferre potest, vt per Mirand. d. q. 38. art. 7. Campan. rub. 12. c. 13. num. 43. Bonacin. d. punctio 4. nu. 6. & metipsum d. p. 2. alleg. 18. num. 3. & 11. seu Capituli Sede vacante, vt per Marcel. Vulpe in praxi iudic. eccles. cap. 44. num. 27. vbi refert ita censuisse sacram Congregat. Concilij, quem refero in tract. de Canonici c. vlt. sub num. 102. versic. trigesimo quarto.

Ætas hic expressa ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum, seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.

C A P V T XII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Annus 22. inceptus sufficit ad Subdiaconatum.
- 3 Dies bissextri in legitima etate non est computandus.
- 4 Ætas non à die conceptionis, sed à die natiuitatis computanda.
- 5 Suspensi sunt à sacrorum Ordinum exequutione aliqui illorum suscipientes ante legitimam etate.
- 6 Sacerdos ante legitimam etatem factus irregularitatem non incurrit faciendo actus illi Ordini deputatos nisi celebret.
- 7 Irregularitatem non contrahit ille qui non expleto

24. anno presbyterij Ordinem suscipit.
 - 8 Suspensionem in Bulla Pij V. comminatam contra recipientes sacros Ordines ante legitimam etatem incurrunt solum vbi id fecerint cum lethali culpa.
 - 9 Ordines sacros suscipiens ante legitimam etatem ex bona fide parentum, suspensionem non incurrit.
 - 10 Clericus promotus mala fide ad Ordinem sacrum ante etatem an possit beneficij priuari.
- Regulares virtute suorum antiquorum priuilegiorum non possunt ordinari ante legitimam etatem. ibid.



- 11 Ordinatus temere ante legitimam aetatem à suspensione prius absolui debet, quam Ordinum exercitio se immisceat.
- 12 Suspendio incurfa ob Ordines sacros susceptos ante aetatem, potest tolli ab Episcopo post sufficientem

emendationem & punitioem.

- 13 Absolutus per Episcopum à suspensione contracta ob suspensionem Ordinum ante legitimam aetatem, non potest ante illam in praefatis Ordinibus ministrare.

a 2. Tolet. c. 1. & 1. Carr. c. 4. & Agat. c. 16. annum 25. requirebant.

b Annum 30. requirit Fabianus d. 72. Si quis, & Bonifac. Concil. 4. Tolet. c. 18. c. generalium de aetate & qualitate in clem.

Nillus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem a ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus b ante vigesimum quintum aetatis suae annum promoueat. Sciant tamen Episcopi, non singulos, in ea aetate constitutos, debere ad hos Ordines assumi, sed dignos duntaxat & quorum probata vita senectus sit. β Regulares quoque nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur: priuilegijs quibuscumque, quo ad hoc, penitus exclusis.

Vide Nau. in man. c. 25. num. 69. cum seqq. & num. 103. Henric. in sum. lib. 10. c. 19. §. 2. & lib. 13. cap. 28. §. 2. Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. num. 8. Fr. Emman. quast. regul. tom. 2. g. 23. art. 6. Petr. de Ledetma in sum. p. 1. de sacram. vbi de sacramento Ordinis, cap. 7. à princ. Franc. Leon. in thesauro fori eccles. p. 1. cap. 4. num. 31. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Ordo §. 1. Piafec. in simili praxi p. 1. c. 1. sub rubr. de requisitis aetatis num. 23. pag. 34. Monet. de distribut. quotid. p. 2. q. 19. num. 12. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 4. num. 21. Galganer. de iure publico lib. 3. tit. 24. §. 25. & 26. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarrae lib. 1. tit. 2. l. 1. de aetate in declar. num. 4. Bonacin. de Sacrament. disp. 8. q. unica puncto 5. num. 12. Valer. Reginald. in praxi fori p. 1. lib. 30. tract. 3. num. 166. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 2. disp. 20. num. 102. Vgol. de officio Episcopi cap. 26. §. 6. num. 4. & 5. Fr. Lodou. Miranda in man. Pralator. tom. 1. g. 39. art. 2. Carol. de Grassis de effectib. clerical. in preclud. num. 289. 291. & 295. Campan. in dictionario iuris Canon. rub. 7. c. 3. Zypa. in analytica postremi iuris ecclesiast. enarrat. sub tit. de elect. num. 11. Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 1. cap. 10. g. 60. vers. ad maiores. Hieron. Roderic. in compendio quast. regul. resol. 106. num. 8. cum seqq. metipsum de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 16. Sebast. Cesar. in relat. de eccl. hierarchia p. 2. disp. 10. §. ult. num. 7. Bonacin. de suspensione in particulari disp. 3. g. 1. puncto 1. Philibert. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 5. cap. 2. per tot. Marcel. Vulpe in praxi iudic. cap. 7. nu. 3. & cap. 8. num. 4. Sanch. in opusc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 33. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diffie. 21. vers. sed quamuis, Tambur. de iure Abbatum tom. 3. disp. 5. g. 11. num. 71.

1. a. Aute vigesimum secundum, &c.] Sufficere inceptum asserunt Henric. Gutier. Franc. Leo, Valer. Reginald. & Ludou. Miranda locis citatis, Villalob. d. tract. 11. diffie. 11. num. 2. Hieron. Roder. d. resol. 106. num. 9.
3. Diem bissexto in ea legitima aetate computandum non esse, tenent Henric. d. §. 2. Aloyf. Ricc. in praxi reu. fori eccles. post resol. 276. in notab. de materia sacramenti Ordinis, vers. quoad interstitia in 2. edit. Ego ipse d. alleg. 16. num. 2. Contra Fornar. de Ordine cap. 3. num. 5. Bonacin. dicto puncto 5. num. 15. & de suspensione in particulari d. puncto 1. num. 5. Mollat. d. tract. 2. cap. 12. num. 8. Marchin. d. p. 5. cap. 4. num. 13. Quare si in aetate ad Ordines vnus dies, aut vna hora desideretur, vitatur factum, quia hic non habet locum regula illa, Quod parum distat, nihil distare videtur, sicut nec in alijs, in quibus ius tempus praefinitum exigit, Henric. d. §. 2. in gloss. lit. O. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1. nouissime Antonin. Diana moral. resol. p. 5. tract. 5. resol. 17.
4. Aetatem non à die conceptionis, sed à die natiuitatis computandam esse, tradunt Cou. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 3. Mandol. de minori aetate cap. 1. num. 25. Sanch. in praecepta Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 35. num. 4. Bonacin. d. puncto 1. num. 6. Sel. in selectis canon. cap. 14. num. 8. vbi refert fuisse decum sub die 4. Decembris 1627. aetatem incipere à die natiuitatis, non à die Baptismi.
5. Recipientes aliquem ex sacris Ordinibus ante legitimam aetatem, à suorum Ordinum executione ipso iure suspensos esse, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurrere, statuit Pius II. in sua constit. incip. Cum ex sacrorum, sub dat. 15. Kal. Decembris 1401 & tra-

dunt Cou. in Clem. ff. furiosus p. 1. §. 1. num. 4. Nauar. in man. cap. 25. num. 70. Soar. de censur. tom. 5. disp. 31. sect. 1. à num. 33. Mari. Alter. in simili tract. tom. 2. disp. 10. cap. 1. col. 2. & 5. Bonacin. de suspens. omnibus in particulari disp. 3. quast. 1. puncto 1. à num. 1. Ludou. Miranda d. quast. 39. art. 6. & 9. Portel. in dubijs regularib. verb. Ordines sacri num. 13. Villalob. d. tract. 11. diffie. 11. num. 6. Auila de censur. p. 5. disp. 5. dub. 7. per tot. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 8. num. 2. & 3. Lezana in sum. quast. Regul. cap. 14. num. 2. Rota decif. 481. num. 5. apud Farin. p. 2. recentior Hieron. Roderic. in compendio quast. Regular. resol. 106. num. 12. vbi in hoc casu ait contrahi irregularitatem cum Sacerdos celebrat, Diaconus cantat Euangelium, & Subdiaconus Epistolam solemmiter.

Vnde ad incurrendam huiusmodi irregularitatem 6. non sufficere sacerdotali Ordine ante legitimam aetatem initiatum actus illi Ordini conuenientes, & deputatos exercere, si non celebrat, resolunt Nau. conf. 9. de cleric. excomm. ministr. in antiq. alias conf. 7. de aetate, & qual. in nouis, Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 166. conclus. 1. & q. regul. tom. 3. quast. 23. art. 12. Aloyf. Ricc. in decision. curie Archiepiscop. Neapolit. decif. 130. num. 2. p. 4. Bellet. disquis. clerical. p. 1. tit. de discipl. clericali §. 5. num. 58.

Hinc eam prouenit irregularitatem non contrahere illos, qui non expleto vigesimo quarto anno presbyterij Ordinem susceperunt, ex illa ratione, quia Ecclesia non eam reputat Missam, quam tunc vna cum Episcopo ordinante celebrarunt, Ita Medin. in sum. lib. 1. cap. 11. §. 8. Quarant. in sum. Bullarij verb. Ordo, vers. ampliatio illa, Fr. Emman. d. tom. 1. sum. cap. 68. concl. 2. Henric. lib. 14. cap. 3. §. 6. in fine. Soar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 71. Sayr. eod. tract. lib. 4. cap. 16. num. 23. & lib. 6. cap. 12. num. 11. Auila in simili tract. p. 3. disp. 5. dub. 7. vers. dico secundò, Portel. d. verb. Ordines sacri, num. 7. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Ordo 4. Vgol. d. cap. 26. §. 6. num. 5. vers. secundò excipitur, Bellet. d. §. 5. num. 57. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 9. cap. 4. col. 12. & seq. Nald. in summ. verb. Sacerdos, Hurtado in tract. de suspens. diffie. 13. num. 265. Marchin. d. tract. 1. part. 5. cap. 3. numer. 16. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 8. numer. 31. Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcop. & Regular. pag. 82. in resp. ad 22. Antonin. Diana moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 37.

Contra Couarr. in cap. alma mater, p. 2. §. 3. num. 5. vers. 9. Hieron. à Sorbo in compendio priuileg. mendicant. verb. Ordines sacri, vers. sed hic aduertendo, Nauar. conf. 4. in antiq. alias conf. 8. in nou. de cleric. excomm. min. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. vers. 5. Bonacin. de Sacram. disp. 8. quast. vnic. puncto 5. num. 13. & de suspensionibus omnibus in particulari, disp. 3. quast. 1. puncto 1. num. 9. Existimantes irregularitatem contrahi eo ipso quod quis ante legitimam aetatem Presbyter ordinatur.

Suspensionem in d. Bulla Pij II. comminatam contra recipientes sacros Ordines ante legitimam aetatem incurri solum vbi id fecerint cum lethali culpa, resoluit Bonacin. dict. puncto 1. num. 3. & ideo credentem probabiliter se habere legitimam aetatem, si ignoranter ante illam Ordines susceperet, non incidere in dictam suspensionem, & consequenter nec irregularitatem fieri, tenent Nauar. in man. cap. 27. numer. 156. & in cap. accepta. opposit. 8. num. 34. de restit. sponat. & conf. 9. num. 2. de

tem.

tempor. ordin. & conf. 3. sub num. 1. de atate, & qual. Henric. in summa lib. 13. cap. 38. §. 1. in fine. Salzed. d. cap. 26. vers. primo quod dispositio, Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 30. prope fin. Valer. Reginald. in praxi fori ponit. lib. 32. tract. 2. num. 70. Fr. Ludovic. Miranda d. g. 39. art. 6. in fine. Ego ipse d. allegat. 16. num. 17. Bonacin. d. puncto 1. num. 3. Portel. in addit. ad dubia regul. verb. Ordines sacri, num. 2. Hieron. Roderic. d. resol. 106. num. 27. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diff. 11. num. 6. Hurtado in tract. de suspens. diff. 13. nu. 36. Prepos. in 3. p. quest. unic. de sacram. Ordinis dub. 17. num. 167. Antonin. Diana d. p. 5. tract. 10. resol. 32.

9. Sic etiam illum qui bona fide suorum parentum ante legitimam atatem Ordines sacros suscepit, non affici pena suspensionis resolvunt Quarant. d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter. Bonacin. de Sacram. disp. 8. quest. unica, puncto 3. num. 13. vers. verum, Vgolin. d. cap. 26. §. 6. num. 5. vers. excipitur tamen primò, Bellet. d. tit. de disciplina clericali. §. 5. num. 60. Jacob. de Graff. in aureis decis. lib. 4. cap. 27. num. 22. Filiuc. tom. 1. tract. 17. cap. 5. num. 84. Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regul. pag. 82. in resp. ad 23. Ego ipse d. alleg. 16. num. 20. Ac proinde huiusmodi ante legitimam etatem ad sacros Ordines promotum si celebraverit credens id sibi licere, irregularitatem non incurrere tenent Couarr. in d. Clement. si furiosus, p. 1. §. 2. num. 4. Bellet. d. §. 5. num. 39. Ludovic. Miranda d. quest. 39. art. 10. in fine. Hieron. Roder. d. loco num. 14.

10. An clericus promotus mala fide ad Ordinem sacrum ante atatem possit beneficii priuari, vide Aloyf. Rice. in praxi aurea resol. 105.

Regulares quoque nec in minori atate, &c.] Regulares virtute suorum antiquorum privilegiorum non posse ordinari ante legitimam atatem prescriptam in hoc de-

creto, asserunt Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. q. 23. art. 6. & 8. & in addit. ad summ. tom. 4. cap. 77. concl. 1. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15. nouissime Tambur. tom. 3. de iure Abbatum disp. 5. q. 11. nu. 73. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 20. §. 1. nu. 1. Ludou. Miranda d. g. 39. art. 1. ubi subdit se nescire de aliqua concessione, quæ id concedat Regularibus post Trid. Conc. Portel. in dubijs regul. verb. Ordines sacri, num. 1. Marchin. d. tract. 1. p. 5. cap. 3. num. 6. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diff. 21. vers. & id voluit.

11. Ante legitimam atatem temere ordinatum à suspensione absolui prius necesse esse, quàm Ordinum exercitio se immisceat, nec sufficere attingere, seu peruenire ad atatem requisitam, vt sine præfata suspensione sollemniter administret, resolvunt Hieronym. Roderic. d. resol. 106. num. 14. Bonacin. de suspensionibus in particulari, disp. 3. quest. 1. puncto 1. num. 12.

12. Suspensionem autem huiusmodi tolli posse ab Episcopo post sufficientem emendationem, & punitionem, quia in d. Bulla Pij I non reperitur reseruata, tradunt Soar. ro. 5. de cens. d. §. 31. sect. 1. nu. 32. Hieron. Roder. d. resol. 106. nu. 26. in mod. Bonacin. d. puncto 1. nu. 11. Idem posse Prælatos Regulares respectu suorum subditorum, resolvunt Hieron. Roder. d. resol. 106. §. 3. Lud. Beia resp. casuum conscient. par. 4. casu 37. vers. aduertendum, Portel. verb. Ordines sacri, num. 14. Hieronym. Roder. d. resol. 106. num. 26.

13. Illum, qui ab Episcopo, vel ab alio absolutus fuit à suspensione contracta ob susceptionem Ordinis ante legitimam atatem, non posse ante illam in præfatis Ordinibus ministrare, non defectu suspensionis, quam præsuppono ablata fuisse, sed ob irregularitatem ex defectu atatis in qua Episcopus non dispensat, referunt decimum Garc. de benef. p. 2. c. 5. nu. 51. Bonacin. d. puncto 1. nu. 13. vers. secundo.

Subdiaconi ordinentur sperantes se continere posse, diebus festiuis; quibus Altari ministraverint, communionem sumant, annus sit elapsus ante promotionem ad Diaconatum, Ordines sacri duo nulli conferantur eadem die.

C A P V T X I I I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Religiosi non tenentur habere tantam litterarum peritiam, quantam clerici seculares.
- 3 Ordinatus sacris Ordinibus tenetur ex proprio voto non expressè, sed factò ipso, & tacitè emisso ad seruandam castitatem per Ecclesie præceptum.
- 4 Subdiaconi si per annum saltem in eo Ordine non sint versati, ad altiorem ascendere non permittantur, nisi, &c.
- 5 Interstitia non sunt mathematicè computanda, sed ecclesiasticè, & iuxta ritum Ecclesie.
- 6 Diacono ordinandi spectat in interstitijs dispensare, non verò ordinatori.
- 7 Interstitia remittendi facultas Episcopo concessa transit in Capitulum, seu eius vicarium Sede vacante.
- 8 Episcopus dispensare potest cum Religiosis in interstitijs ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta.
- 9 Dispensare tacitè videtur Episcopus in interstitijs si assumat aliquem scienter intra anni curriculum ad Ordines.
- 10 Episcopus non seruatis interstitijs ordinans subditum, nullam penam incurrit.
- 11 Ordinatus non seruatis interstitijs nullam ipso iure incurrit censuram, vel irregularitatem.
- 12 Duo Ordines sacri non eodem die etiam Regularibus conferantur.
- 13 Episcopus plures sacros Ordines vni conferens eodem die suspenditur à collatione Ordinum donec à Papa dispenseretur.
- 14 Ordines plures vno die suscipiens absque Papæ dispensatione suspenditur à posteriori illegitimè suscepto.

Subdiaconi, & Diaconi ordinentur, vt habentes bonum testimonium, & in minoribus Ordinibus iam probati, a ac litteris, & ijs, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. ^a Qui specialiter, Deo auctore, se continere posse, Ecclesijs quibus ascribentur, inseruiant, sciantque maximè decere, si saltem diebus Dominicis, & solennibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem perciperint. ^b Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, ^c nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. ^d Duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur: priuilegijs, ac indultis, quibusuis concessis, non obstantibus quibuscumque.

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

R 3 Vide

^a 1. Tit. 3.
^b 4. Toler. 19.
^c Hic supra c. 11.